Noverint universi Quod Ego frater Petrus Viloca monachus et camerarius monasterii sancti Cucuphatis Vallensis ordinis sancti Benedicti Barchinonensis diocesis agens hec de et cum expressis
consensu et voluntate venerabilis et religiosi fratris Michaelis Ros etiam monachi et infirmarii ac vicarii in spiritualibus et temporalibus generalis dicti monasterii pro illustrissimo et reverendissimo domino domino
Alfonso de Aragonia miseratione divina [illegible] et archiepiscopatuum Cesaraugustanensis et Valentinensis et Montis Regalis et dicti etiam monasterii sancti Cucuphatis perpetuo administratore et comendatario
presentis et inferius consentientis, sciens tamen revocatione quorumcumque aliorum procuratorum per me hactenus quomodolibet constitutorum et ab eis etiam substitutorum si qui sint, set laudando etiam
approbando ratificando et confirmando omnia et singula per eos subscriptum procuratorem meum infrascriptum et circa ea hactenus quomodolibet gesta procurata et emolumenta, Ex certa sciencia
constituo et ordino procuratorem meum certum et specialem et ad infrascripta generalem, Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget nec e contra, vos Iacobum Ros presbiterum sancti Vincentii de Solleto
dicte Barchinonensis diocesis absentem, Ad petendum videlicet exhigendum recipiendum recuperandum et habendum pro me ut camerario predicto et nomine meo omnes et singulas pecunie quantitates
census fructus redditus exitus proventus decimas primicias tascas agraria et quascumque expletorum partes et alia quevis bona iura obventiones et emolumenta que predicte camerarie
[illegible] eius nomine debentur et debebuntur ac pertinent et spectant per quascumque universitates corpora collegia et singulares personas quibusvis rationibus sive causis quovismodo
nomine tenebuntur, Et inde apocam et apocas albarana quitancias et cautelas fines absolutiones et diffinitiones ac quovis titulo sive causa ac alias cessiones per me et nomine
meo faciendum et firmandum, Committendum quoque [illegible] pacisendum et stipulandum [illegible] cum eis et eorum occasione et alias in iudicio et extra quibusvis officialibus curiis iudicibus et personis tam
ecclesiasticis quam secularibus ac alias ubi expediat comparendum et interessendum, Emparas sequestrationes et quascumque oppositiones fieri faciendum et instandum, Et eas cancellari faciendum de voluntate mea et
dicte camerarie docendum, Et ex adverso doceri petendum et videndum, Insuper super bonis meis et dicte camerarie firmandum, Ea quoque proinde obligandum, Querelas et querimonias et quascumque petitiones
et demandas dandum offerendum et presentandum, Et oblatis ex adverso respondendum, Lites contestandum, De facto ponendum et articulandum, De calumpnia et alias iurandum, Et e
adverso iurari petendum et videndum, Testes literas instrumenta et alia quevis probationum genera producendum, Et productis ex adverso obiciendum et contradicendum, Crimina defectus et alia opponendum
disputandum allegandum renunciandum et concludendum in causis, Et omnia alia et singula que in lite et circa lites fieri requirantur et iuris ordo postulat et requirit, faciendum, Sententias
quascumque tam interlocutorias quam diffinitivas audiendum, Et ab ipsis et a quibus etiam gravaminibus et processibus si vobis videbitur appellandum reclamandum et supplicandum, Apostolos petendum recipiendum et presentandum
et appellationum reclamationum et supplicationum causas prosequendum et finiendum, Cautiones satisdationes et securitates quascumque tam iuratorias quam etiam fideiussorias faciendum et
prestandum, Et fideiussores [illegible] super bonis meis et dicte camerarie servare promittendum, Literas et quascumque provisiones gratiam vel iusticiam continentes impetrandum obtinendum
recipiendum et presentandum, Eas debite executioni deduci instandum, Requirendum quoque et protestandum, Et requisitis et protestatis ex adverso respondendum replicandum triplicandum
et ultra, Et inde publicum et publica fieri faciendum petendum et recipiendum instrumenta, Procuratorem quoque et procuratores unum vel plures ad predicta omnia et singula substituendum, Et eum vel eos destituendum
et revocandum quandocumque et quotiens vobis videbitur, Et generaliter omnia alia et singula faciendum que in predictis fieri requirantur et ego facere possem si adessem, Ego enim in et super predictis et
circa premissa et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem vobis dicto procuratori meo et a vobis substituendis vices meas plenarie cum presenti comitto, Et volens vos dictum procuratorem
constitutum et substituendos a vobis super predictis relevare ab omni onere satisdandi, fideiubendo in his pro vobis et eis convenio et promitto vobis et ipsis notario etiam infrascripto tanquam
publice persone pro vobis et ipsis et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quorum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti iudicio sisti et iudicatum
solvi cum suis clausulis universis, Et me semper habere ratum gratum et firmum quicquid per vos dictum procuratorem meum et dictos substituendos a vobis in predictis et circa ea
nomine meo procuratum et actum fuerit quomodolibet sine dolo, Et nullo tempore revocare sub bonorum meorum et dicte camerarie omnium ubique ypotheca et obligatione, Ad hec ego
frater Micael Ros monachus et vicarius predictus presenti procurationis constitutioni tanquam de meis assensu et voluntate facte consentio, Actum est hoc in monasterio sancti Cucuphatis
Vallensis ordinis sancti Benedicti Barchinonensis diocesis die undecimo mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo undecimo, Sig+num fratris Petri Viloca constituentis
Sig+num fratris Michaelis Ros vicarii consentientis predictorum qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt Petrus Tinctorer ville Sabbatelli presbiter et Bernardus Bell pages ville sancti Cucuphatis Vallensis Barchinonensis diocesis.

Sig+num Iacobi Planes regia auctoritate notarii publici Barchinone, Qui hec [illegible] et discreti Ioannis [illegible] notarii [illegible] huiusmodi
instrumenta et scripturas dicti condam [illegible] receptum firmatum notatum et in hanc publicam formam redactum de licencia honorabilis regentis
vicariam Barchinone clausit die vicesimo septimo mensis Maii anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Solvit per [illegible] Ioannes Andreas tres solidos